Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

deo. et omnes emulatores sunt legis
Audierunt autem de te quia discessi
onem doceas a moyse eorum qui
presentes sunt iudeorum. dicens non
debere eos circumcidere filios suos
neq; secundum consuetudinem istre
di debere. Quod ergo est utiq; opt
convenire multitudinem. audient
eum te supvenisse. Hoc ergo fac quod
dicimus tibi. Sunt nobis viri qua
tuor votum habentes sup se. Hos as
sumptis sanctificate te cum illis. et
impende cum illis ut radant ca
pita et sciant omnes quia que de
te audierunt falsa sunt. sed ambu
las ipse custodiens legem. De his
autem qui crediderunt ex gentibus
nos scripsimus iudicantes ut ab
stineant se ab idolis. in molato et
sanguine suffocato. et fornicatione
Tunc paulus assumptis viris
postera die purificatus cum illis
introiuit cum illis in templum a
nuncians expletionem dierum puri
ficationis donec offeretur pro
quoq; eorum oblatio. Cum autem
septem dies consummarentur. hi
qui de asia erant iudei cum vidis
sent eum in templo. concitaverunt
omnem plebem. et miserunt ei
manus clamantes. Viri israelite ad
iuvate. Hic est homo qui adver
sus plebem et legem et locum hunc
omnes ubiq; docet. in sup et gen
tiles introiuit in templum et polluit
sanctum locum istum. Viderant enim trophimum ephesium in
ciuitate cum ipso quem estimaue
runt quoniam in templum intro
duxisset paulus. Commota est itaq;
ciuitas tota. et facta est concursio
populi. Et apprehendentes paul
trahebant eum extra templum et
statim clause sunt ianue. Quaeren
tibus autem illis eum occidere nuntia
tum est tribuno cohortis. quia to
ta confundatur hierusalem. qui statim
assumptis militibus et centurionib
us decurrit ad illos. Qui cum
vidissent tribunum et milites cessa
verunt percutere paulum. Tunc ac
cedens tribunus apprehendit eum
et iussit alligari cathenis duabus
et interrogabat quis esset aut quid
fecisset. alii autem aliud clamabant
in turba. Et cum non possent cum
cognoscere pre tumultu iussit eum
adduci in castra. Et cum venisset
paulus ad gradus. contigit ut por
taretur a militibus propter vim plebis.
Sequebatur enim eum multitudo
populi clamans. Tolle eum. et ca
pisset induci in castra paulus di
cit tribuno. Si licet mihi aliquid
loqui ad te. Qui dixit ei. Graece nos
ri. Nonne tu es egyptius qui ante
hos dies tumultum concitasti et e
duxisti in desertum quatuor milia
virorum sicariorum. Ego homo
sum iudeus quidem atharsi ciliae
non ignotae ciuitatis municeps. Ro
go autem te permitte me loqui ad pop
ulum. Et cum me permisisset. Pau
lus stans in gradibus annuit manu